



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo s[an]cti iohan[n]is ante porta[m] latina[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sc̄i ioh̄anis ante portā latinā. f̄o. cccj.

honor et reuerentia non debetur nisi rationali creature aut sensibili. Insensibili aut̄ nō debet nisi ratione nature rationalis. et hoc dupliciter. Uno modo inq̄tum representat naturā rōnalem. Alio modo inq̄tum ei quocūq; modo iungitur. Primo modo cōsueuerūt hoies adorare regis imaginē. Sc̄do modo eius vestimētum. Utroq; aut̄ venerāt hoies eadē ueneratione qua venerant̄ et regē. Si ergo loq̄mur de ipsa cruce in qua x̄ps crucifixus est. utroq; modo est a nobis ueneranda. Uno sc̄z modo inq̄tum representat nobis figurā x̄pi extēsi in ea. Alio modo ex cōtactu ad mēbra x̄pi. et hoc qz etus sanguine est p̄fusa. unde utroq; modo adoratur eadē adoratione cū x̄po. s. adoratione patrie. Et ppter hoc etiā crucē alloq̄mur et deprecamur quasi ipsū crucifixū dicētes. O crux aue spes vnica hoc passionis tēpore auge p̄hs iusticiam reisc̄z dona uenias. Si nō loq̄mur de effigie crucis x̄pi in alia materia. puta lapidis vel ligni vel auri vel argenti. sic ueneramur crucē tantū ut imaginem sc̄z adoratione patrie. Ad rationes in oppositū. Ad primā respōdetur negādo p̄nam. Et ratio est. qz in cruce x̄pi licet q̄tus ad opinionē vel intētionē infidelium cōsideratur opprobriū x̄pi. q̄tus tamen ad effectū nostre salutis cōsideratur uirtus diuina qua x̄ps de hostibus triūphauit.

Col. ij. Et ideo dicit apostolus. s. Col. s. Verbū crucis pereūtib; quidē stulticia est. his aut̄ q̄ salui fiunt uirtus dei est. Ad secundā r̄ndetur negādo p̄nam. et ratio est. qz lz crux x̄pi nō fuerit vnita uerbo dei in persona. fuit t̄si ei vnita aliquo alio modo. s. per representationē et cōtactū. et hac sola ratione exhibet ei reuerentia. Ad tertiā r̄ndetur negādo p̄nam. Et rō est. qz alia ratio est de cruce et alijs instrumētis. qz lz q̄tum ad rationē p̄tactus mēbrorū x̄pi adoram; etiā nō solum crucē sed etiā oia que sunt x̄pi. ut lācea clauī et uestimēta. ista t̄n non representāt imaginē x̄pi sicut crux que dicit̄ signū filij hois qd̄ apparebit in celo. Mat. xxiiij. et inde est q̄ imaginē x̄pi ueneramur nō imaginē clauorū vel quocūq; aliorū. Ad quartā r̄ndetur (ubi. s. ar. v.) negādo p̄nam. Et ratio est. qz crux x̄pi est imago x̄pi. nō aut̄ beata uirgo. Preterea crux prout in se cōsiderat̄ nō est capax honoris cum sit res insensibilis. sed beata uirgo est s̄m seipsam capax uenerationis et ideo nō est similis ratio.



In festo sc̄i ioh̄anis ante portam latinam est euāgelium. Dixit iesus petro. se q̄re merē. ioh. xxi. Circa qd̄ possūt disputari se

In festo sancti iohannis ante portam latinam.

quentes questiones. ¶ Prima. Vtrum beatus iohannes supra pe-
ctus dñi recumbens tantum inde
sapientie luxit vt in figura aqui-
le meruit inter euangelistas desi-
gnari. ¶ Secunda. Vtrum beatus
iohannes inter martyres debeat
communerari.



D prima 5
questiones sic
pcedit. et vi-
det q non de-
buit figura a-
quile designa-
ri. s; hominis
Altior est vi-
sio intellectua-
lis q sensibils. ergo beatus iohannes
nes qto alti de diuinis erat lo-
cutus conuenientius veniebat fi-
guradus figura nature rationa-
lis. puta hois q aquile que intel-
lectu r ratione caret. ¶ In oppo-
sitū est illud Ezech. j. Facies aq-
le desuper ipsoz quattuor. ¶ Res-
pondeo q beatus iohannes me-
ruit inter omnes euangelistas co-
nuenientius figura aquile designa-
ri. Ratio est. sicut supra cum de
beato marco fieret disputatio
dictū est. euangeliste sortiti sunt
figuras in materias de quibus
specialiter locuti sunt in euange-
liis. vt figuratio beati matthei
est facta in facie hois. qz princi-
paliter describit facta ipsi hu-
manitatis xpi. Marci vero de-
scriptio in facie leonis. qz princi-
paliter describit ipsi xpi regnū.

Desciprio luce designatur in fa-
cie bonis. qui est aial imolaticū
quia pncipaliter describit ipsi
xpi sacerdotiuz. Ita descriptio
beati iohannis puenient designa-
tur in facie aquile. qz pncipaliter
describit in xpo excellētiam
diuine nature. Et ideo. qz altissi-
ma est cōtemplatus in euangelio
suo. puenienter per aquilā est de-
signatus. Habet enim bene ppte-
tates que aquile esse dicuntur. Di-
citur pmo q aquila acute videt
ita vt etiā solēt in rota irreuer-
berata acie oculi aspicere dicat
ppter qd visus acumē aqila ab
acumine nomē accipies vocat.
Et insup vt pulli sui sint. sic pba-
re dicit. Luz em de omis egressi-
iam per naturā coadunatos ha-
bent oculos quēlibet pulloz ad
rotā solis videndā disponit. et
cuiuscūqz oculos lachrymari cō-
spererit illū abicit. r que illoz
pati solē irreuerberata pupilla
dephēderit hūc tanq sui fouet
r nutrit. Ita beatus iohannes in-
reuerberato sole ad lumē verbi
qd Sap. viij. candor lucis eterne
dicitur. se puertit. r hereticos
hoc lumē aspicere nō valētes de-
nido ecclēie abicit. sicut fecit de
hebeonitis q tēpore suo fuerit.
dicētes xpm esse hoicm purum.
Latholicos hō hoc lumē intue-
tes sincera fide in ecclēie nido
sua doctrina fouet r nutrit. Et
ideo bñ d; de eo ezech. j. Facies
aquile desup eoz quattuor. Alij
enim euangeliste humanitatē dñi

In festo sancti iohannis ante portam latinam. Folio cccxij.

nostri iesu christi describunt parum se ad diuinitatem eius eleuantes. Sic autem ad eterna diuinitatis se attolit. et parum de natura humana se intromittit. Ezech. j. Facies aquile extenta desuper erat. Bene certe exteta desuper erat. quia dicit aug. Si paulo altius intonasset totus mundus non intellexisset. Et ideo dicitur in psalmo de ipso. Tam impleta quam impleta nunquam vidit tot secreta purus homo purus. Tercia proprietates aquile que conuenit beato iohanni est quod alte uolat. quod ut dicit in celesti hierarchia dionysius. altius uolans significat diuine contemplationis. Non enim iohannes diuina describit per creatura uisibilia in quibus desinuitur uestigium. nec describit diuina per creatura inuisibilia in quibus diuina resultant quasi per speculum. nec describit diuina per enigmata occulta in quibus diuina latent allegorice per secretum. sed describit ea per ipsum lumen diuinum. et ideo altissime uolauit. Unde apocal. viij. Audiui uocem unius aquile uolantis per medium celi. Unica enim hec aquila auditur per medium celi uolare uestigium in infinitis non tanquam in medijs creaturis spiritalibus speculum et enigmata transcendens. et usque ad medium celi trinitatis se attollens quando medie in trinitate persone hoc est uerbi describit proprietatem et diuinitatem. Job. xxxix. Ad prece-

ptum eleuabitur aquila et in arduis ponet nidum suum. Hac enim eleuatione intellectus facere non potuit nisi solus deus. nec quod in arduis finis sic nidum poneret intellectus nisi in psalmo dicit de ipso. Uolat auis sine meta quo nec uates nec propheta uolauit altius. Tercia proprietates aquile quod in preruptis et in locis inaccessis nidificat. quod soli iohanni competit. Prerupta enim significat alta diuinitatis et personalis proprietatis. que prerupta non in se sed quia accessus ad ea per uiam rationis propriatus non est. quia ratio non potest ad illa. et ideo inaccessa dicuntur. psalms. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est non potero ad eam. iob. xxxix. In preruptis filicibus moratur ac inaccessis rupibus. inde contemplatur escas et de longe oculi eius prospiciunt. ab altissimis enim theozis rudis intellectus ad quem ratio non potest pertinere et solida diuinitatis que sunt quasi refectiones delectabiles conspicit et de longe super tempus ad eternitatem oculi mentis eius prospiciunt hoc significat per hoc quod iob. xxx. recubuit in cena supra pectus domini. uisum fluentia euangelij ueriter potauit. ibi enim nidum posuit iohannes. in quo erant omnes thesauri sapientie et scientie absconditi et sic patet quod uenienter beatus iohannes ratione sapientie quam de pectore domini potauit aquile figura descriptus est. Ad rationes in oppositum. Ex dictis patet responsio.

In festo sancti iohannis ante portā latinā.



D secundam
questionē sic pro
cedit. Et vide
tur q̄ beatus
iohānes euan
gelista sit inter
martyres nu
merandus licet in pace vitam fi
nerit. ¶ Primo ex illo matthei
xx. Calicem quidē meū bibetis.
hoc est dictū iacobo et iohāni. er
go sicut iacobus cōnumerat̄ in
ter martyres ita etiā beatus iohā
nes p̄numerabit̄. ¶ Secūdo sic. di
cit beatus hiero. in sermone de as
sumptiōe. Recte dixerim q̄ dei
genitrici n̄go et martyri fuit quis
in pace vitā finierit ergo idē po
test dici de beato iohāne. ¶ Ter
tio sic. martyriū est fortitudinis
act̄. ad fortitudinē aut̄ p̄inet nō
soluz mortē nō formidare s̄ nec
alias aduersitates. vt aug. dicit
in. vi. musice. multe sunt alie ad
uersitates p̄ter mortē quas ali
qui possunt sustinere. p̄ fide xp̄i.
sicut carceres. exiliū. flagella. et
huiusmodi. Quā et beati marcelli
martyriū celebratur q̄ tū fuit in
carcere mortu⁹. s̄ beatus iohā
nes multas huiusmodi aduersi
tates sustinuit. p̄p̄o fuit flagel
latus cū alijs apostolis. fuit vene
no potatus. fuit in seruētis olei
dolū missus. fuit in exiliū depor
tatus. ergo deberet inter marty
res cōnumerari. ¶ In opposituz
videtur esse euangeliū p̄sens
vbi xp̄s dicit petro. Tu sequere

me sc̄z p̄ viā martyrii. de iohāne
vero dicit. Sic eū volo manere.
s. sine calice martyrii volo eū ma
nere. ¶ R̄ideo dicendū q̄ beatus
iohānes apud hoies nō numera
tur inter martyres. Ratio est. q̄
ad rationē p̄fectā martyrii requi
tur q̄ aliq̄s mortē sustineat. q̄
p̄z sic. Cy. ij. q. cxxij. ar. iij. Mar
tyr dicitur testis fidei xp̄iane p̄
quam nobis visibilia. p̄ inuisibili
bus cōtēnenda. p̄ponunt ad mar
tyriū ergo p̄inet vt homo testifi
cetur fidē se opere ostendēs cum
cū p̄sentia cōtēnere vt ad fu
tura et inuisibilia bona pueniat
q̄dū aut̄ hominū remanet vita
corporalis nondū opere se ostē
dit temporalia cūcta despicere.
Cōsueuerūt em̄ homines et con
sanguineos et oia bona possessa
cōtēnere. et etiā dolores corp̄is
pati vt vitā p̄seruet. et ita ad p̄
fectā rationē martyrii requirit̄
q̄ aliquis mortē sustineat. Quā
maxim⁹ in quodā libro in sermo
ne de martyre dicit q̄ vicit p̄ fi
de moriendo q̄vinceret sine fide
viuēdo. Distinguit aut̄ beatus ber
nar. in sermone de innocentibus
triplicē speciem martyrii dicēs. ha
bemus in beato stephano marty
riū simul et operis voluntatē. Ha
bemus solaz voluntatē in beato
iohāne. Solū in beatis innocen
tibus opus. Biberūt oēs hi salu
tariū calicem. aut corpore simul
et spiritu. aut solo spū. aut corpo
re solo. Sit ergo stephano. martyri
apud homines cuius voluntaria

passio evidenter apperuit in eo. Sic iohanes apud angelos marty. quibus tanquam spiritualibus creaturis spiritualia eius denotandis signa immotuerunt etc. Et propter hoc diximus quod iohanes apud homines non est numerandus inter martyres. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondeo quod beatus iohanes cum multas passiones sustinuerit calicem passionis bibit. Item non sicut beatus iacobus qui gladio fuit occisus. quare ille est inter martyres connumeratus. non autem iohanes qui sine gladio vitam in pace finivit. Ad secundam dicit sanctus thomas. (ubi. s. ad. j.) quod tales auctoritates loquuntur de martyrio per quamdam similitudinem et non de martyrio proprie dicto. Ad tertiam respondeo negando persequendum. Et ratio est. quia ut habet ubi. s. ad. liij. similitudo principaliter consistit circa pericula mortis. circa alia autem consequenter. et ideo nec martyrium proprie dicitur per sola tolerantia carceris aut exilii vel rapina divitiarum. nisi forte secundum quod ex his sequitur mors. sic beatus marcello convenit.

mori pro amicis. Secundo. utrum beatus barnabas moriendo pro christo fecerit actum maxime perfectionis.



D primas questionez sic proceditur. et videtur quod maior dilectionem potest quis habere quam mori pro amicis. Primo sic.

maioris dilectionis signum est quod quis animam suam ponat pro inimicis suis quam amicis. propter quod ibi fit maior difficultas que pertinet ad virtutem que est circa difficile. quam circa dilectionem primi. ergo. Secundo sic ad Romanum. v. dicitur. Commendat deus suam caritatem in nobis. id est ostendit se nos maxime diligere quod cum adhuc essemus peccatores et persequens impij et inimici passus est pro nobis ergo etc. In oppositum est evangelium. in quo christus loquitur. Non deo dicendum quod verum est quod christus dicit. quia in ordine diligibilium quatuor ordinata sunt. scilicet de anima nostra. et anima primi. et corpus proprium nostrum. Et ideo cum caritas sit ordinata pro ipso deo qui est primum et proximum diligibile et caritate debet alia tria exponi. sicut minus pro maiori ita quod nos ipsos scilicet animam et corpus pro proximis dare debemus. Pro anima vero propria debet proximum et proprium corpus contemni pro salu-



In festo sancti Barnabe apostoli est evangelium. Docet est preceptum etc. Jobis. xv. Circa quod pos-

sunt disputari sequentes questionez. Prima. utrum maiorem dilectionem potest quis habere quam